BENEDICTUS DE NURSIA. PS. AUGUSTINUS. PS. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS. IOHANNES FISCAMNENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. PETRUS DE ROSENHEIM

Melk, Mitte 15. Jh. Seite 39v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41344
Copyright: Melk, Benediktinerstift



De sacerdotibus qui voluerint in monasterio habitare.

60 Si quis de ordine sacerdotum in monasterio se suscipi rogauerit, non ei quidem ad assentiatur, nisi omno pstiterit in hac supplicare, scilicet se cum regule disciplina seruaturum, nec aliquid ei relaxabit, sicut scriptum est. Amice ad quod uenisti. Concedatur ei tunc post ablem stare et benedicere, aut missas tenere, si tunc ei iusserit abbas. Sin alias, nullatenus psumat aliquid, sciens se disciplinae regulari subditum, et magis humilitatis exempla omnibus det. Et si forte ordinationis aut alicuius rei causa fuerit in monasterio, illum locum adtendat quem habuit cum ingressus est in monasterio, non illum qui ei preuenientia sacerdotii concessus est. Clericus aut siquis eodem desiderio monasterio se sociare uoluerit, loco mediocri collocetur, si tunc promittit de obseruatione regulae, uel propria stabilitate.

De monachis peregrinis quales suscipiant.

61 Si quis monachus peregrinus de longinquis partibus supuenerit, si pro